CHR. M. FRAEHNII

OPUSCULORUM POSTUMORUM

PARS SECUNDA

ADNOTATIONES IN VARIA OPERA NUMISMATICA CONTINENS.

EDIDIT

B. DORN.



PETROPOLI, MDCCCLXXVII.

Petropoli
apud Eggers et Socios,
I.A.Isakov, I. Glasunov.

Rigae
apud N. Kümmel.

Lipsiae
apud Leopoldum Voss.

Pretium: 1 Rub. 95 Kop. = 6 Mark 50 Pf.

Consensu Academiae impressum

C. Vesselofski,
Academiae secretarius perpetuus.

Mense Januari 1877.

Typis Academiae Imperialis Scientiarum Petropolitanae.

SEPTEMVIRIS

FRAEHNII MEMORIAM PIE COLENTIBUS

EDITORIQUE AMICISSIMIS

H. ORTHOBIO FLEISCHER.

LUDOLFO KREHL.


A. FRIDERICO MEHREN.

J. GUSTAVO STICKEL.

ERNESTO TRUMPP.

J. AUGUSTO VULLERS.

FERDINANDO WÜSTENFELD.



PRAEMONENDA.

En tandem secundam Fraehnii opusculorum postumorum partem, quorum prior prodiit a. MDCCCLV. Intervallum temporis permagnum quidem, ita ut causam vituperii praebere videri possit, nec defuerit, qui suum judicium sequutus de retardata manuscriptorum Fraehnii editione satis multum, et ni fallor, inique quereretur, quae tamen omnia susque deque habenda esse duxi. Nam ante omnia quaerendum erit, quatenus ea opuscula revera publicare fas sit et opportunum, et tum, cui edendi opera demandanda sit. Qui enim editioni suscipiendae pares sunt, vix inducuntur, ut postpositis et neglectis suis studiis laborem difficillimum, quin etiam periculosum aggrediantur. Voluntas autem edendi sola haud sufficit. Impares et imperitiores caveant, pares et peritiores cavent. Opuscula illa, praeter partem primam, quae jam edita est, et secundam, quae inscribitur «Quinque Centuriae», de qua tamen vide sis quae diximus in Parergo p. 458—9, ab auctore beato in proprium usum nec vero eo consilio ut publici juris fierent, conscripta sunt. Inchoata fortasse sunt a. 1807. Fraehnius autem a. 1851 decessit, ita ut ad mortam ejus quadraginta quatuor et ad hoc usque tempus sexaginta novem anni intercedant. Intra illud tempus haud pauca in illis schedis conscripta ab ipso auctore passim in variis libris non-

nunquam emendatiora edita sunt, ita ut, si quis ab auctore ipso improbata tanquam proba evulgare vellet, inique ageret et merito vituperio obnoxius foret. Itaque ante quam ex adnotationibus hoc in libro impressis Fraehnium erroneae sententiae arguere liceat, non solum libri ejus impressi, sed etiam schedae saepe rem plenius tractantes inspiciendae erunt, id quod a me passim factum est, sed continua et religiosa collatione molestiam edendi nimis quantum accrevisse quis est qui neget? Opinionem meam de edendis his opusculis in Parergo p. 465—466 exposui. Ne autem credant lectores, nimium a me rem exaggerari, neve ignorent etiam hoc in libro haud pauca jam alibi ab ipso auctore publicata repeti, exempla nonnulla proferam. Sunt autem fere haec:

Bullet. scient. I, p. 100. Schiepati, Erdmann. يحيى (بخ) [p. 122—2].
— — 126. Hallenberg, II, p. 15 seq., Obeidullah [p. 307.]
— — 127. Hallenberg, I, p. 114 معكر الحسن [p. 300].
— — 127. Moeller, p. 92, معدن الحسن [p. 300]. p. 134. Assemani, No. XCVIII et Castiglioni, M. Cuf. p. 95 Tab. IX, No. 2, Keikaus I. [p. 291.]
— — Marsden No. CCCCV—I. Novaberda [p. 28. 218.
— — 135. Abu'l-Feisz [p. 222].
— II, — 81. Adler, II, p. 64 Numi aurei Samanid. [p. 252].
— — 84—5 الخ عدة. Marsden, No. CLXVI [p. 14]. No. LXVII (sic legendum loco 69) [p. 8 et p. 201—2]; p. 135, No. CXXXIII—V [p. 13].
— — 86. Adler, II, No. LXXI [p. 256].
— — 180. Adler, I, No. LXXXIX. XC [p. 233].
— — 184. Adler, I, No. LXIV, LXV [p. 232].
— — 185. Marsden, p. 444 sqq. [p. 30].

Bullet. sc. II. p. 329. Adler, I, No. V. دى رحمه [p. 226].
— — — Marsden, No. XLVII [p. 5].
— — 330. Moeller, p. 57, No. XX [p. 278].
— — Assemani, Nan. No. III [p. 288].
— — 355. Adler, I, No. XLI [p. 229].
— — Marsden, No. CLXVIII [p. 14].
— — Reiske, *Repertor.* XVIII, p. 64 et 67. Cf. X. Supplement.
— — 361. Adler, I, No. XCI [p. 235].
— III, — 4. Adler, I, Tab. VIII, p. 92 [p. 233].
— IV, — 311. Marsden, No. LXXXIV [p. 10].
— VII, — 138. Marsden, No. LXIV [p. 8].
— — 139. Assemani, Nan. No. LXXXIV [p. 290].
— — 140. Marsden, No. CCVII et CCVIII [p. 16].

Bullet. de la classe hist. philol.
— I, p. 7. Adler, II, No. VIII [p. 244], XXVI [p. 248].
— — 8. Adler, II, No. XXI [p. 246]. No. XVIII [p. 245].
— — 10. Adler, II, No. XXIX et XXX [p. 249].
— — 14. (No. 50. 58.). Adler, II, No. XLV [p. 251].
— — 15. Adler, II, No. XLVII [p. 251].
— — 19. Adler, II, No. XLVIII [p. 252].
— IV, — 256. Marsden, No. CLVI [p. 14].
— V, — 116. Hallenberg, I, p. 150 [302].
— — 117. id. p. 155. *Ishak* [p. 302].
— — 118. — p. 159 et II, p. 89. *Ahmed* [p. 302].

De Il-Chanor. num. p. 41. Marsden, No. CCLXXVII [p. 20].
— — Adler, II, No. LXXXII [p. 259].
— — Marsden, No. CCLXXVIII [p. 20]. No. CCLXXXII [p. 21].
— (Paralipomena), p. 72. Hallenberg, I, p. 136. [p. 301].

Paralipomena.

— p. 73. Adler, II, Suppl. No. IV [p. 281].

— — 76. No. 5. Marsden, No. LXXXII [p. 10].

De Musei Sprewitziani Mosquae NN. Kuf. 1825 (v. p. 334).

P. 56 memoratur inter Tahiridicos numus Marsdenianus No. LVI (v. p. 7 huj. op.), qui (ibid. p. 187) inter Chalificos refertur, unde patet hoc ante annum 1824—5 scriptum esse. Cf. Blau, Nachlese, p. 28, No. 37.

Caeterum ex illis schedis nonnulla passim a me, a Soretio et denique satis multa, quae ad illustrandos numos Chalificos faciunt, in libro Tiesenhausenii publici juris facta sunt. Nec illud obliviscendum, in relationibus a. 1822 impressis emendationes in Adleri, Reiskii etc. scripta contineri.

Accedit quod annis viginti quinque a Fraehnii morte elapsis multa opera maximi momenti apparuerunt, quo facile fieri posset, ut ex illis manuscriptis talia ederes, quae ipse auctor, quo nemo unquam fuit cautior in iis quae evulgaret, neutiquam edi cuperet. Numum ab Adlero, II, Supplem. No. 14 descriptum suspicatus fuerat p. 271 esse Samanidicum, at postea a. 1834 Soffaridicum, cf. *Paralipomena*, p. 73. Itaque praestitisset adnotationem integram «l. *a barbaris* — Samanidicus?» omittere. Non deerunt in locis supra citatis alia hujusmodi exempla. Nec dubito, quin p. 435 loco يتبع (cf. p. 310, *Nov. Suppl.* p. 399 et *Recensio*, p. 741) et *Berdeschir* (p. 86) hodie يبتغ et *Berdesir* praeferenda censeat Fraehnius. Etenim ipsi semper veritatis amico non semel accidit, ut opinionem pristinam novis rationibus adductus relinqueret idque candide profiteri haud erubesceret. Tale est quod olim numos Tahiridicos pro Chalificis habuit (p. 176) et quod singulas litteras in numis Osmanidarum obvias pro siglis incertis antea habitas postea litteras initiales nominum praefectorum seu pascharum (v. p. 213 et 319) esse agnovit (de ejusmodi monogrammis cf. Flügel, in Zeitschr. d. D. m G. X, p.

513); tale quod vocem السرق in numis Abbasidarum obviam olim الشرى legit, sed deinceps الشرق legendum esse intellexit (v. p. 399) et quae sunt id genus alia. Cf. Bullet. sc. II, p. 362—5.

Ex operibus, quae vivo Fraehnio nondum prelo publicata fuere, nomino Ibn Adharium, Ibn Chaldunum, Abu'l-Mahasinum, Masudium, Beladsorium, Jakutum, Makkarium, Ibn el-Athirum, al. quorum opera impressa inspicere haud licuit, quum indicem chronologicum praefectorum Afrikiae p. 343—346 communicatum componeret et de aliis rebus historicis et geographicis verba faceret, quanquam idem ex codicibus haud raro male exaratis tot recondita et cognitione digna elicuit, ut eruditio ejus incomparabilis et divina eo magis eluceat. Inveniuntur autem in Ibn Adharii libro el-Bayano'l-Mogrib, ed. Dozy, vol. I, Okba ben Nafi, Suheir ben Keis, Hassan ben el-Numan, Musa ben Noseir, Muhammed ben Jesid, Bischr, Obeida ben Abdi'l-Rahman, el-Habhab, Kulthum, Hantala, Isa ben Musa, Jesid ben Hatim, Davud ben Jesid, Harsema, Muhammed el-Akky etc Quae de his praefectis narrant Ibn Chaldun et el-Nuweiry, nos edocuere Noel des Vergers et de Slane in libris, quorum titulos v. in indice Supplemento subjuncto p. XXXII.

In opere Abu'l-Mahasini, ed. Juynboll memorantur non solum ea quae modo diximus, sed multa alia, de quibus in hoc opere sermo est, e. gr. de Samanidis, titulis regum diversarum regionum etc.

In *Tabakat-i-Nasiri*, ed. Raverty narratur de Harsema, Hammuja, Samanidis etc.

Quae ex Ibn el-Athiri libro, ed. Tornberg ad historiam et alias res illustrandas promi possint, docti norunt.

Nec illud silentio praetereundum, post Fraehnii mortem multos numos aut prorsus incognitos aut melius conservatos quam quibus Fraehnius uti potuit, innotuisse, ita ut de multis rebus, quae antea dubiae visae sunt, nihil dubii jam restet. Addubita-

verat Fraehnius de anno in numo Marsdeniano No. XL obvio, at nunc Th. Rogers, inter numos centum et viginti, quos ineditos praedicat, p. 270 numum eodem anno 180 excusum protulit. Quid multa? Epistolae quatuor J. de Bartholomaeii, in quibus multi numi inediti recensentur, annis demum MCCCLIX—MCCCLXIV in lucem prodiere. In St. L. Poolii libris de numis Chalifarum Orientalium (v. p. 376) et de numis collectionis Guthrieanae (v. p. 412. Abbasidae), ut de aliis taceam, ducenti et viginti quatuor ejusmodi numi descripti reperiuntur, unde patet, quam caute in edendis schedis auctoris defuncti agendum sit.

Addamus alterum exemplum. Pro النيسابور, quod Adlerus, II, p. 50, No. XXIX in numo Soffaridico legerat (v. p. 249), Fraehnius conjecerat fortasse legendum esse بالبنجهير. Nec certe erit qui hoc lecto neget, Fraehnium revera articulum admisisse; quo quidem anno id scripserit, latet. Quum autem ipse suam de nomine urbis sententiam publicaret a. 1836 in Bullet. sc. I, p. 128, articulum locum habere non posse observavit, qua de causa veri simile possit videri, hoc in libro بالبنجهير l. c. ipso invito impressum esse. At in libro Tornbergii, Numi cuf. a. 1848 edito p. 147, No. 4 numus Soffaridicus ejusdem anni 260 describitur, nomen monetae distincte بالبنجهير exhibens. Imo, p. 95, sub No. 398 et 400 reperiuntur numi Chalifae el-Mutamidi, excusi aa. 263 et 264, in quorum priori urbs audit el-Pendschehir, in altero autem Pendschehir, ita ut pateat, nomini articulum abjudicari non posse. Hoc libro quum usus sit Fraehnius, non est dubium, quin et ipse articulum ab exilio revocandum esse censuerit. Nec ea, quae p. 358—364 de defectibus rei numariae disseruit, hodiedum omnia valent; attamen observationum doctissimarum causa quum ab omnibus numismaticae cultoribus lubenter et utiliter legentur, tum ab iis, quorum interest historiam studiorum numismaticorum persequi et qui fortasse operam exoptatam sane et

utilissimam talis historiae libro proprio concinnandae suscepturi erunt. Proinde moneo, auctorem talis operis me judice non ex vano consulturum esse schedas Fraehnianas «Bibliotheca numismatica Muhammedana» inscriptas (v. Πάρεργον p. 459), ubi omnia opera, in quibus de numis Muhammedanis agitur, a saeculo inde XVI ad annum usque 1851 ordine chronologico enumerantur. In eodem volumine recensentur etiam libri, in quibus de numis Hebraicis, Indiae Orientalis, Javae, Sumatrae, Tunkinensibus, Ceylonensibus, Siamensibus, Sinensibus et Japonensibus sermo est. Ea, quae p. 206 de Samanidis et eorum numis disseruit, ex Bullet. sc. I, p. 105—6 suppleri possunt. Haec quidem hactenus.

Quae quum ita sint, facile intelligitur, me ea tantum ratione editionem hujus operis suscepisse, ut docti viri uno intuitu ea ante oculos habeant, quae Fraehnius in opera numismatica hodie quoque respicienda, Adleri, Marsdenii, et aliorum, de quibus copiosius in Conpectu exponitur, adnotaverat, at semper memores sint, has adnotationes non scriptas fuisse ut prelo divulgarentur. Ego vero, si antea nossem quanta esset in iis edendis difficultas et temporis impensa, quantus labor, munere editoris fungi vix sustinuissem. Me hoc opusculum non sine quadam verecundia et timidius edere lubenter fateor; usurpetur tanquam manuscriptum, non ab ipso auctore emissum.

Ne autem immerito vituperio obnoxius sim, monenda sunt haec:

1. Nonnunquam dubius haesi, quomodo agendum esset in constituenda verborum scriptura, e. gr. p. 330, ubi Fraehnius promiscue Marsdenii et suam orthographiam adhibuit. Caeterum orthographiae uniformitatem etiam aliis in adnotationibus multorum annorum lapsu exaratis deesse nemo mirabitur. Legimus Ibn Challekan et Ibn Challikan, Beyträge et Beiträge, Umaijadae et Umeijadae, Ortokidae et Ortocidae (p. 236), أُرْتُق transcrip-

tum *ai* et *ei* etc. Et nescio, an p. 237 loco *Haitho*, quod in nonnullis libris legitur, Fraehnius ipse *Haithon* imprimi maluisset.

II. Nec quod attinet ad linguam, una eademque est. Fraehnius quum maxime lingua Latina usus est, sed interdum intermiscens Germanicam (p. 2 etc.) aut ubi Germanice scriberet, Latinam (p. 220), itidemque Arabicam, (p. 2 et 92). Id quod etiam mihi accidit, ita ut p. 319 de recentissimo rei numariae in Perside statu Germanice referrem.

III. Similiter Fraehnium imitatus sum in nominibus propriis virorum et locorum Latine reddendis. Nomina propria Rossica tum demum declinavi, quum sensus id requireret; nominativus restat integer, id quod etiam passim in nominibus propriis et aliis aliarum gentium factum est. Intelligitur igitur, cur in Indice III. scripserim Chan, Muwahhid, Murabit, Wesir. Addamus Fraehnium in declinandis nominibus orientalibus nonnunquam inconstantem videri, legimus enim Muhammedo et Mahmudo sed alibi Muhammedis et Mahmudis, id quod tamen facile excuses, si memineris, talia inveniri in adnotationibus diversis temporibus scriptis nec usui publico destinatis. In libris singulis ab ipso auctore evulgatis similia haud occurrunt.

IV. Fraehnius in manuscriptis suis multis abbreviationibus usus est, e. gr. f. pro forte aut fortasse, l. e. pro legendum est, Ass. pro Assemani etc., quas doctus lector facile explicabit; indocti hunc librum non legent. Nonnunquam citantur auctores omissis librorum titulis, aut nominibus etiam auctorum ita decurtatis, ut et mihi talium abbreviationum optime gnaro aut prorsus incertum manserit, quae opera innuat, aut post longum tempus et taediosam fere investigationem contigerit, quid rei esset reperire. Sic diutius me fugerat quid p. 397 illud VR. significaret (v. Index III, p. 454). P. 8 Fraehnius citat Akerbladii sententiam et p. 266 ad librum quendam Callenbergii relegat. Quibus in libris ea inveniantur, quae Fraehnius indicat, mihi detegere haud contigit, nec affirmare ausim librum Callenbergii

p. 329 nominatum sed a me haud inspectum revera eundem esse quem Fraehnius innuit. Bull. IX, No. 19 (p. 35) est Bulletin scientifique, No. 19, p. 291, 7. Ubi locus p. 205 ex Ibn Challikano depromtus inveniatur, lectores ipsi quaerant.

V. Omnia uncis [ ] inclusa, nonnunquam addita littera D. a me profecta sunt, exceptis tantum quae p. 59. 144. 147 et p. 148 sic cincta leguntur.

VI. Citata tantum non omnia iterum relegi.

Quum a. 1863 de edendis his adnotationibus cogitarem, collega conjunctissimus, Weljaminov-Sernov particeps operis esse voluit, ideoque adnotationes ad Adleri et Moelleri opera descripsit. Sed impressa parte operis, quam ego susceperam (p. 1—154), collega aliis negotiis distractus et postea valetudine laborans adversa, mihi iis quae transcripserat traditis, prorsus ab opera abstinuit, v. Πάρεργον, p. 458. Sed tunc temporis memet ipso variis occupationibus obruto, hic liber nunc demum apparet.

Quae hoc in libro edita sunt, in presentia sufficiant. Sed illud repetere lubet, non solum plurima Fraehnii opera typis impressa intercalatis foliis novas observationes et emendationes continentibus abundare, sed etiam aliorum auctorum opera numismatica, e. gr. Condii, O. G. Tychsenii, al. notas marginales Fraehnii manu scriptas, quarum nonnullae hoc in libro a me repetitae sunt, continere. Quum in edendo hoc libro etiam illud intenderim, ut quae, dixeris Fraehnio magistro, in Rossia de re numaria Muhammedanorum scripta sunt, notiora fiant, nominibus in indicibus I et III p. 366. 375. 383 etc. relatis: Baratajev, Bartholomaei, Chanykov, Erdmann, Grigorjev, Lichatschev, Pietraczewski, Saweljev, Tiesenhausen, Weljaminov - Sernov addam nomina Beresin, princ. A. Gagarin, Geitlin et Hansen, qui quae scripserint, v. in Tiesenhausenii libro de numis Chalificis, p. XLIV seq. De Hansenii opusculo «*Recensio*» in *Conspectu operis* uberius tractatum est. Praeterea nuper prodiit liber: «Die orientali-

schen Münzen des Museums der Kais. historisch-archaeologischen Gesellschaft zu Odessa von Dr. O. Blau.» Novissime de numis orientalibus verba fecerunt Lagus, Lerch et Volck; v. Bulletin du Congrès international des Orientalistes. St. Pétersb. 1876, p. 112—117. Denique spero fore, ut sectio prima catalogi numorum Muhammedanorum Scholae Asiaticae Petropolitanae propediem emittatur.

Non deerunt fortasse tetrici, qui libri perturbatum quodammodo ordinem, utique incongruum aegre ferentes editoris culpam nimis exaggerent. Quapropter illud monendum censeo, libri rationen non eam esse ut continua lectione pervolvatur, sed ut numismaticae cultores singulas adnotationes hic illic dispersas et disjectas ad rem suam facientes consulere iisque uti possint. Adhibitis igitur libris, ad quos adnotationes illae pertinent, aut indicum p. 325—455 et p. XXXII—XLII additorum ope omnia, quae desiderant, facile et sine ullo negotio invenient.

Immortale illud Fraehnii monumentum, *Recensio Numorum Muhammedanorum* prodiit a. MDCCCXXVI inter prima Academiae saecularia, hoc qualecunque opusculum emittitur sesquialteris ejusdem altricis litterarum saecularibus. Q. F. F. Q. S.

Dorn.

Scribebam Calendis Septembr.
MDCCCLXXVI.

CONSPECTUS OPERIS.

I. Marsden, Numismata OO. illustrata, p. 1—34.

Part I.

Introductio, p. 1—2. 156—162.

Umaijadae, p. 3—4. 162—169. No. I, p. 1—3. 162—164. No. II. III. IV. V. VI, p. 3. 165—166. No. VII. IX, p. 3. 166—168. No. X. XII. XV, p. 3. 168—9 (No. X=XV).

Abbasidae, p. 5—8. 169—203. No. XIX. XX, p. 4. 169—170. No. XXI, p. 4. 170—171. No. XXII—XXIII, p. 4. 171. No. XXV. XXVII. XXIX—XXX, p. 4. 172—173. No. XXXI—II, p. 4. 173—174. No. XXXIII — XXXV. XXXVIII. XL, p. 5. 174—177. No. XLI—XLV, p. 5. 177. No. XLVI—XLVII, p. 5. 178—180. No. XLVIII—L, p. 5—6. 181—182]. No. LI, p. 6. 182. No. LII—LIV, p. 6—7. 183. No. LV, p. 7. 186—7. No. LVI—LVIII, p. 7. 187—188. No. LIX, p. 7. 188—9. No. LX, p. 7. 189—190. No. LXI. LXIII—LXVII, p. 8. 190—203.

Samanidae, p. 8—9. 203—212. No. LXVIII, p. 9. 208. No. LXIX. LXXXII—LXVIII, p. 9. 209—210. No. LXXIX—LXXX, p. 8—9. 210—212.

Seldschukidae. No. LXXXI—VII. LXXXIX—XCLI. XCIII—XCVII. XCIX—CI, p. 9—11.

Ortokidae, No. CII. CIII. CIV. CVIII—CXII. CXV—CXXIX.

CXXXI—CXXXIII. CXXXVI. CXLIII. CXLIV. CXLVIII—CLIX. p. 11—14. Cf. St. L. Poole (Urtukis) qui citat numos Marsden. No. CXLVII. CLIII. CLV. CLIV. CLIX. CLVIII. CII. CIII. CIV. CV. CVI. CVII. CVIII. CXI. CXII. CXIV. CXV. CXVII. CXX. CXXIII. CXXIV. CXXVII. CXXXI. CXXXVI. CXLIV. CXLV. CLXVIII, p. 11—14.

Atabeki. No. CLX—CLXI. CLXVI. CLXVII. CLXVIII. CLXIX. CLXXXI—V. CXCIII. CXCV. CXCVI, p. 14—15.

Aghlebidae. No. CXCVII—CC, p. 15.

Fatimidae. No. CCI—CCVII. CCXIII. CCXIV. CCXVI. CCXVII. CCXIX. CCXXIII. CCXXIV. CCXXVI, p. 16—17.

Aijubidae. No. CCXXVIII—CCXXX. CCXXXIII—V. CCXXXVII. CCXLI—II. CCXLV—CCXLVI. CCLIV—V. CCLVII. CCLIX, p. 17—18.

Mamluki Bahrenses. No. CCLX—I. CCLXIV—CCLXIX, p. 18—19.

Il-Chani. No. CCLXX—CCLXXVI. CCLXXVIII—CCLXXXII. CCLXXXIV—V, p. 19—21.

Timur, p. 21.

Dschutschidae. (*Khâns of Kapchak*). No. CCLXXXVII—CCXCIII, p. 21—22.

Numi symbola christiana et musulmanica prae se ferentes. No. CCXCIV. CCXCVI—CCCVII, p. 22—24.

Normaini, seges Siciliae. No. CCCVIII—X. CCCXIV. CCCXVI. CCCVIII, p. 24.

Pagratidae (*Reges Georgiae*). No. CCCXX—I, p. 24.

Chalifae Hispaniae. No. CCCXXIV—V. CCCXXVIII—CCCXXX. CCCXXXV—CCCXXXVII. CCCXXXIX. CCCXLI. CCCXLIII. CCCXLV—CCCXLVIII, p. 24—25.

Murabiti. CCCLI. CCCLII. CCLIV—V, p. 25—26.

Scherifi Maroccani. No. CCCLVII—CCCLXXVIII, p. 26—27.

Osmanidae. No. CCCLXXIX — CCCLXXX. CCCLXXXII. CCCLXXXIV—CCCLXXXIX. CCCXCII—IV. CCCXCIX. CCCC — CCCCII. CCCCV. CCCCVI. CCCCX — II. CCCCXX. CCCCXXV. CCCCXXIX. CCCCXXXIV—V. CCCCXXXVIII—CCCCXL. CCCCXLVII. CCCCLXVI. CCCCLXIX. CCCCLXXXVI. CCCCXCII. DIII, p. 27—29. 219.

Chani Krimenses. DXII—DXIV, p. 29.

Part II. *Sasanidae*, p. 30.

Reges Persiae. DXLIV. DXLIX—DLII. DLV. DLX. DLXXIV. DLXXXV. DXCII. DCIII. DCVII. DCCXXIX. DCXLIII—IV. DCXLV. DCLXIX, p. 30—32. 220—223.

Sultani Patani Hindustaniae. No. DCXCII. DCXCV—VII. DCCXVI. DCCXXI. DCCXXIV — VI. DCCXXXIV. DCCXL—VI, p. 32.

Reges Orientis (*Kings of the East*). No. DCCLI—III, p. 33.

Sultani Patani et praefecti Bengalici. No. DCCLVIII. DCCLIX. DCCLXXIX—DCCXCVII. DCCC, p. 33.

Baberidae (*Moghul Emperors of Hindustan.* No. DCCCXVIII, DCCCXXIX. DCCCXXX. DCCCXXXV. DCCCXXXIX. DCCCXL—DCCCCXIV (No. 840—3). DCCCLXXII—DCCCLXXIII. DCCCLXXXV. DCCCCXXXIV, p. 33—34.

Numi Indici antiquiores (*Ancient Hindu*). No. MLXVI—LXVIII, p. 34.

Atschin. No. MCCXXXV—MCCXXXVII, p. 34.

China. No. MCCXCIX, p. 34.

Miscellanea. No. MCCCXXII. MCCCXXV—VIII, p. 34.

II. Pietraszewski, Numi Mohammedani, p. 35—54. Adnotationes ad hunc librum utpote stilo cerussato scriptae eo magis edendae erant, ne procedente tempore prorsus evanescerent. Accedit, quod liber frequenter consulendus et

inspiciendus venit, id quod ii, qui numismaticae operam navant, facere haud neglexerunt, e. g. Krehl, (Zeitschr. XII, p. 263), Soret (ibid. XXIII, p. 255), Stickel (ibid. XXVIII, p. 139), Karabacek, (Die Graz. Münz. p. 67) et fortasse aliis in locis alii, inter quos nominandus est St. Lane Poole, qui in libro de Ortokidarum numis Pietraszewskium saepe citat; v. p. 253. 274—6. 278. 289. 262. 268. 269. 270—1. 303. 441. 444. 445. Obiit autem P. Berolini a. 1869, nec vero Ispahani a. 1860, prout refertur id accidisse in ephemeridibus «Кавказъ», 1860. No. 92.

III. Tychsen (Thom. Chr.), De numis Cuficis in Bibliotheca reg. Gott. adservatis.

1) Comment I. numos Chalifarum et principum Samanidarum complectens, p. 54—56.
2) Comment. II. numos dynastiarum complectens, p. 56—57.
3) Comment. III, p. 57—58.
4) De numis Arabico-Hispanicis, p. 58—59.
5. De numis Indicis, p. 59.
6. De defectibus rei numariae Muhammedanorum supplendis, p. 59—61.
7. Comment. de rei numariae apud Arabes origine et progressu, p. 61—62.
8. De numis oriental. inprimis Selgiucidarum et Gengiscanidarum, p. 62—64.

IV. Fraehn's Recensionen a) von Castiglioni's Monete Cufiche, p. 64—121;

b) Schiepati's Descrizione di alcune monete Cufiche etc.
c) Castiglioni's Osservazioni etc. und
d) desselb. Nuove Osservazioni (p. 127), p. 122—154.)

Recensiones horum operum anno 1822 apparuere. Fraehnius intercalatis foliis postea multas adnotationes addidit, et plura

emendavit, quapropter cum textu a. 1822 impresso haud ubique his convenit. Auctor ipse denuo impressas voluit.

Cf. Poole, l. c. ubi laudantur operis Castiglioniani No. CLXIX. LXXI. CLXXXII. CLXXVIII—V etc.

V. Fraehn, Einige Bemerkungen zu den Münzen bei Marsden, (Opp. post. msc. No. LXXX), p. 155—223.

Fraehnius saepius mihi dixerat, se relationem de opere Marsdenii († 1836) non publicasse, ne virum alioquin optime meritum summaque reverentia dignum offenderet. Qua de causa et ego primum adnotationibus Fraehnii in margine libri adscriptis edendis acquievi. Quum vero editio quae dicitur «internationalis» annunciaretur, de qua primum amicissimus E. Thomas me certiorem fecit, me operae pretium facturum duxi edenda etiam relatione continua, quam nemo sine fructu leget. En causam habes, benevole lector, cur binae adnotationes disjunctae prodeant, sc. p. 1—31 et p. 155—223, ita ut ea, quae inspicere cupias, in utroque loco quaerere oporteat. Possit quidem quispiam contendere editionem observationum Fraehnianarum nunc jam supervacaneam esse; at non potest non fieri, ut numismaticae cultoribus nonnunquam ad primam editionem recurrendum esse videatur.

VI. Adler, Museum Cuficum. Borg. T. I. p. 223—239. P. II. (Nova Collectio), p. 239—272.

Cf. St. L. Poole, l. c. ubi Adlerum crebro citat, ex. gr. No. XXXVI etc. *Collect. nov.* No. LXXIII. LXXV—III. LXXIV etc.

VII. Moeller, De numis OO. Gothan. p. 273—284.

Nec has adnotationes Fraehnius vivo libri auctore publicatas voluit.

Cf. Poole, l. c. ubi laudantur No. CXXXIV—V.

VIII. Assemani, Museo Cufico Naniano, p. 285—292.

IX. Hallenberg Numismata orientalia. P. I. p. 293—306. P. II. p. 306 — 308. Cf. Tornberg, Numi cufici reg. numophylacii Holm., p. LXXIX—LXXX.

X. Supplementum ὕςτερον πρότερον.

A). Fraehnius quum haud raro ad disquisitiones Reiskii et Eichhornii in libro *Repertorium* inscripto (v. haec nomina in Indicibus I. et III.) impressas releget lectores, adnotationum ad illas etiam disquisitiones hic continuo ordine et integre additarum non taedebit. Sunt autem hae:

Reiske, *Repertorium*, Th. IX.

— p. 211, l. 7 ab inf. *Casiri.*]. Adler, I. p. 93 seqq. ubi de horum excerptorum indole sententiam meam adscripsi. [p. 233].

— p. 215, l. 4 ab inf. *mit dem Bild eines Mannes*]. Male.

— — 234, l. 12 ab. inf. *Er liess daher münzen*] er liess daher diese schmelzen.

— p. 236, l. 6, et l. 5 ab inf. *eine Stelle des Koran*]. الاية bedeutet hier soviel als *u. s. w.* wie البيت nach unvollständig angeführten Dichterstellen.

— p. 241. *al Hirah*]. Imo vero: Mecca; de Sacy, in *Mémoir. sur la littérat. des Arabes*, p. 56.

— p. 257, l. 12 ab inf. ذهب مصرى]. دينار مصرى. Elmac. p. 24 sup.

— p. 258, l. 7 ab inf. *Timurbec* p. 71]. Cf. ibid. T. II, p. 300. *La disette fut telle* etc.)

Reiske, *Repertorium*, Th. X.

— p. 179, l. 10 ab inf. بهنسدير] بقنسرين

— p. 197, l. 18 *Thaheriden*] del. — 19. *Bagdad*]. An forte بلخ? [cf. Tornberg, p. 164, No. 68] — l. 21. *Ismael ben Ahmed A.* 291]. Imo mortuus est a. H. 295.

— p. 202, l. 4. موسى]. Antepone ex exemplo Rühl. الامير l. 6. *Das kann — Lachm*]. Imo vero est موسى بن سليمان الخراسانى; v. Freytag, *Sel. Haleb.* [v. p. 366].

Reiske, *Repertorium*, Th. X.

— p. 202, l. 5 ab inf. الملك]. Tychsen. Gött. legit الخليفة [Krehl, De nn. Muhamm. Dresdens. p. 5, No. 5].
4, No. 5].

— p. 206, l. 5. الامير بن الامير]. Haud dubie erravit Reiske et legi debebant الامير الامين [Krehl, p. 7, No. 10].

— p. 207, l. 19. *Balch*]. Temere sollicitat; v. Adler, II, 21.

— p. 215, l. 8—7 ab inf. السلام — *Bagdad*]. Leg. بمدينة زرنج

— p. 218, l. 6. *al-Mamun — in Kerman nichts zu befehlen*]. Er hatte allerdings; s. Chondemir in Harun's Leben.

— — l. 8. *Chorasan*]. Nach Abulfaradsch, p. 232 schon a. 172; nach Elmacin, p. 115 schon 186.

— p. 220, l. 8. على] l. غلب. Num. Aghlebidicus; sic et Tychsen, *de Defect.* p. 78, not. [Krehl, p. 9, No. 16].

— p. 223, l. 9 ab inf. *Abu Nasr*]. Ich glaube nicht, dass dies der Vorname des Samaniden auf dieser Münze sey. Es wird ohne Zweifel der des Ahmed ben Muhammed seyn, eines Fürsten, der unter der Oberherrlichkeit der Samaniden im östlichen Chorasan regierte [cf. Ind. III, p. 414. Abu Nasr.].

— p. 228, l. ab inf. *Die letztgedachte Münze*]. [Hamdanid]. Diese ist doch nach *Repert.* XVIII, p. 6, von 330. [Krehl, p. 31—2].

— p. 236, l. 24—26. *Emadaddaulah — Rocnodaulah war*]. Nach Abulfed. Annal. II, 454 hatte عماد aber ja den Vornamen Abu'l-Hasan; Rukn hiess Abu Ali.

— p. 237, l. 6 ab inf. *Bruder*]. Vater. ab inf. — 4 ثلثين]. Es wird واربعين heissen müssen, wie oben, auch 344 u. *Repertor.* XVIII, p. 14 wirklich اربعين steht. [Krehl. p. 29, No. 3].

Reiske, *Repertorium*, Th. XI.

— p. 6. l. 11 ab inf. *Mit dem Bilde eines Mannes*]. Est imago Martis planetae.

Reiske, *Repertorium*, Th. XI.

— p. 8. l. 14. *Nuroddin Muhammed*]. Adler l. c. Nur-eddin Arslanschah, Atabek Mosulensis et Reiske, p. seq. not.

— p. 14, l. 9. *Sallar*] v. Adler II, p. 116.

— p. 16, l. 10 ab inf. محمد الكامل الملك — الامام]. Aijubid. V. Bullet. sc. T. IV, No. 5, p. 71. [Cf. Krehl, p. 34].

— — l. 4 ab inf. *was beym Arigoni n.* 81]. Hîc de alio numo sermo est.

— p. 23, l. 3. (دولة) على] محى

— p. 32, l. 14. *Hulagu ist sein Diener*]. Hujus loco plane aliud aliquid in numo esse valde suspicor.

— p. 34, l. 17. احد]. Quidni احدى. At quomodo hic annus in Hulaguum convenire potest?

— p. 35, l. 3 ab inf. *Fürsten*]. Der ايبك steht auch zu unterst auf derselben Seite.

— p. 37, l. 13—15. *Abu-Said* — ابو سعيد]. ابو المظفر اسمعيل. Est enim hic numus Ismailis I. primi Schahorum Sefidarum [cf. adnot. ad *Repertorium* XVIII, p. 78].

Eichhorn, *Repertorium*, Th. XVII.

— p. 209. *Verzeichniss*]. Cf. Fabricii Bibl. antiq. p. 535 seq.

— — l. 13. p. 188 u. s. w.]. S. unten Th. 18, p. 73.

— p. 210. *J. H. Hottinger*]. Idem Hott. p. 114 seq. Bibliothecarii quadripartiti nonnullos recenset numos Hebr. et Arabicos (Fabric. Bibl. Antiq. p. 532—3. [Cf. p. 369. Hottinger].

— p. 211. *Morellius*]. Repert. XI, 40. — (23 Kupfert.)]. Castigl. CLX. Adler I, p. 3.

— p. 212. *La Croze Armenischer Kirchenstaat*]. Estne fortasse versio libri Histoire du Christianisme d'Ethiopie et d'Arménie. A la Haye. 1734. 8. min. Hujus libri versio German. Historische Beschreibung des Zustandes der christl. Religion in Aethiopien und Armenien. Danzig, 1740. 8⁰.

Eichhorn, *Repertorium*, Th. XVII.

— p. 213, l. 7. *Die hier — Roger* u. s. w.] V. Adler I, p. 4.

— 213. *Kehr*]. De Kehrii virtutibus v. quae citata sunt ad Tychsen. *Introduct.* p. 41.

— 219 *Clewberg*]. Der Verfasser holt zu weit aus; er mengt einen Haufen von Bemerkungen ein, die eigentlich nicht zur Sache gehören. Daher hat er die Erklärung der heiden Münzen, die auf der Kupfertafel befindlich sind, auch auf diesen 32 Seiten noch nicht beendigt. Die erste jener Münzen ist aus dem Stockholmer königl. Antiq. Kabinet, die 2te aus der Sammlung der Aboer Universität.

— p. 227, l. 6 ab inf. *Eine Silbermünze* u. s. w.]. Ist eine Marokkanische Münze; v. Tychs. de *Orig.* p. 37 et 56, qui de fide lectionis Ar. I. dubitat, quanquam eadem apud Dombay, Münz. p. 37.

— p. 228, No. 4. الهادى] h. d. الراضى

— — No. 6. *Al Amin*] l. Mamun.

— p. 229, l. 5. حليفة] lege: هرثمة

— No. 7. ابو العباسية]. Tychs. Arab. Hisp., p. 89 legit: ابو العباس بن recte.

— p. 229, l. 3 ab inf. ابو العباسية]. Hoc si male pro ابو العباس بن positum, nec hic in N. P. II. fuisse, nec a. 345 recte habere potest. Forte a. 315 fuit.

— p, 245, l. 7. الدينار]. Quidni الدينر ?

— — l. 12. 105 H.] 180. — *Legende*] und das ist die der Abbasiden, nicht die Umaijadische, wie sie es seyn müsste, wenn das Jahr 105 das richtige wäre.

— — l. 4 ab inf. 123.] a. 163.

— 246, l. 3. *Waset* A. 123.]. Cusus est in el-Andalus i. e. Cordova a. 163.

Eichhorn, *Repertorium*, Th. XVII.

p. 246, l. 9, ab inf. *Dies ist — führt*]. Haec quid sibi velint, non satis capio; vox illa in omnibus num. Omaijadicis obvia.

— p. 249, l. 7. يحيى] ع lege بخ [Krehl, p. 4, No. 4?].

— — l. 9 ab inf. موسى — *Al-Mansur*]. Dele et l. مما امر به الامير موسى مولى امير المومنين اعزّ الله نصره

— p. 250, l. 3. على] l. غلب. Est num. Aglebid. — a. 157] puto a. 267.

— — l. 6 ab inf. 160]. Imo a. 180 — صلى الله] رثى رحمه هرون]. Quidni هرثمة?

— p. 251, l. 8. 160]. Fortasse a. 180.

— — l. 12. *Bald nach* u. s. w.]. Est Aghlebid. inter a. 261—289. — على] l. غلب.

— 252, l. 9 ab inf. الملك] l. الخليفة; v. Tychsen, Comm. de num. cuf. p. 119. Comm. III, p. 53.

— — l. 5 ab inf. *aus der Dresdener Sammlung*]. Repert. X, p. 195. 202. [Krehl, p. 4, No. 5].

— p. 253, l. 5—6. *Chalife — ungewöhnlich*] del. In ex Mus. Pflug. in A. II. inf. est punctum grossum.

— — l. 7. *Dresden Samml.*]. Rep. X, 203 et Meninsk. Lex. T. IV, p. I. [Krehl, p. 5, No. 6].

— — l. 6 ab inf. الدينار]. Quidni الدينر?

— — l. 3 ab infr. *Dresdner S.*] a. 165. Adler, Suppl. 3.

— p. 254, l. 14. *unleserlich*] يزيد

— — l. 6 ab inf. على] l. غلب. Aghlebid. est — a. 168]. Num a. 268?

— p. 255. 163 H. u. s. w. الدينار]. An الدينر?

— — l. 13. Nach 170]. 172. Supra est ع — نوح] l. روح — *Am Rand*: *Muhammed* u. s. w.]. Imo vero مما امر به etc. quae nondum eruderavi.

Eichhorn, *Repertorium*, Th. XVII.
p. 255. l. 7 ab inf. . . .] h. d. اثنتين
— 256, l. 4. *Im Namen Gottes. Geprägt*]. Imo vero امير المومنين
— — l. 6. A. 173] aut 163 [cf. p. 227, Tiesenh. No. 948].
— — 179. H. بمدينه سلام]. بقصر السلام legendum (v. me in NN. Kuff. sel. p. 50. Certe مدينة السلام debebat esse.
— 257, l. 7. ازورای] l. زرنج
— — l. 5 ab inf. بن الامير]. Censeo pro بن الامير leg. الامين. In exemplo Pflug. certe est مما امر به الامير الامين
— 258, l. 5. متامّر به] مما امر به
— — 185 H. — *Dschafar*]. In hoc fragmento supersunt haec: — مما امر به — — محمد بن ا — جع —
— 259. 185. H. — *Dresdner Exemplar*]. a. 185. Adler, II. Suppl. 4. a. 186. Adler, II, 20. [Krehl, p. 7, No. 11].
— 261, l. 6 ab inf. *Dschafar Barmeki*]. At quî tandem a. 188!
— p. 262, l. 15. *Stadt Mahadi*]. Valde dubito de lectionis hujus fide. Nam nuspiam alibi hoc nomen mihi oblatum.
— — l. 4—6 ab inf. امته ووال — *wollte*] del.
— 264, l. 8. . . .] مما امر به
— 265, l. 6—17. 192. H.]. unus idemque numus. [Krehl, p. 8, No. 13].
— — l. 10—9 ab inf. *mit den 6 ersten Kehrischen Münzen*]. Aber diese sind ja auch in ihren übrigen Legenden verschieden von einander. Ohne Zweifel hat Kehr sagen wollen: cum *proxime* antecedentibus.
— 266, l. 2 ab inf. . . . .] مما امر به — post المسلمين excidit عبد الله بن امير المومنين
— 267, l. 11 ab inf. *übrigen K. M.*]. Aber sehr verschieden!
— 268, l. 3 ab inf. الموون] leg. المشرف [المشرق] [cf. Krehl, p. 8, No. 15]. — l. 11. *Gotte sei* u. s. w.] Gotte! Harsema.

Eichhorn, *Repertorium*, Th. XVII.

p. 270, l. 9, 240 H. u. s. w. علی] l. غلب. Haud dubie numus Aghlebid. [Krehl, p. 9, No. 16].

— — l. 4 ab inf. *Nach* 279 — *der Samaniden*]. Imo hoc anno jam multi anteriores sunt.

— 271. l. 5 ab inf. *von Al Motaded Billah*] dem Samaniden Ismail I. — l. 2. بالشام] h. d. بالشاش

— 272, l. 2 ab inf. *rasulo-llahi*]. Da Agnethler zu Folge [Beschreibung des Schulzischen Münzcabinettes. Halle. 1750—52. 4. Thle] hier auf der Münze *zwei* Zeichen vorhanden gewesen sind, so ist es sicher keine Chalifische, sondern eine Samanidische oder Soffaridische Münze.

— 273, l. 4 ab inf. يد]. Hoc delendum censeo.

— 274, l. 3. اسماعيل] imo اسمعيل (sic et p. 276).

— — 289 H. لا اله الخ]. Videntur inscriptiones binarum Arr. male conjunctae esse.

— 275. 291. H. ابو الحسان الخ] l. ابو الحسين ولی الدولة الوزير; v. me in Prolus. p. 28.

— 277, l. 7. ثلاث] scribe ثلث

— — 295. H. *Ahmed Ben Ismael*]. Aurivillius male annotare neglexerat, Chalifa num المكتفى audiat an المقتدر

— 278, l. 2. *Zwischen* 295 bis 320 H. etc.]. Est numus Fatimid. primi Abdullah Mehdy.

— — 296. H. — *Ahmed ben Ismael*]. Unus est cum eo, qui pag. praeced. inf. laudatus est.

— 279, l. 3 ab inf. احماد] l. احمد — *Gott sei* — *lesen*]. Nicht doch!

— 280, l. 15. *Zuname* ابو نصر]. Ist nicht Ahmed's des Samaniden, sondern eines Fürsten vom östl. Chorasan Vorname.

— 282, l. 8 ab inf. العادل] l. القدرة

— 283, l. 4. 301 « 331. H. — *Eine Münze* etc.]. Est anni 324.

Eichhorn, *Repertorium*, Th. XVII.

p. 283, l. 8. نا دا نصير] l. بلكاتكين

— — 303. H. *Ahmed ben Ismael*]. Quidni adfuerit سهل? — *Aurivillius*]. At enimvero apud *Auriv.* hunc numum non invenias. Eichhorn numum ejus ad a 307. citatum huc etiam per errorem traxisse videtur.

— 284 [a.] 306. ad hunc annum pertinet n. arg. c. Samarkandae a. 306—cujus in A. II. المقتدر بالله et ميكال بن جعفر?, v. Aurivillium, Tab. III. 9 et p. 93 et Tychs. Introd. p. 77. [V. Tornberg, p. 192, No. 272].

— [a.] 308. Ad hunc a. refert de Sacy, Adl. II. No. XLVII, = Auriv. T. III, No. 10.

Eichhorn, *Repertorium*, Th. XVIII.

p. 2, l. 3. *Almoctader Billah oder Abu'l Abbas*]. Loco *oder* l. *und.*

— — 314. H. *Eine Münze von Nasr Ben Ahmed*]. Sed nota in effigie hujus numi Aurivillianâ prostare سنة اربعة عشر, quum tamen deberet esse سنة اربع عشرة

— — l. 13—15. *Dieser Name* u. s. w.]. ابو العباس filius est Muktediri. — و عشر]. At debuerat esse عشرة

— — l. 4 ab inf. *Nach* 320. H]. Inter a. 322—329.

— 3, l. 2. *ein Bild*]. Ornamentum!

— — l. 5. *vom Chalifen Almocdater Billah*]. Samanid. est.

— — l. 4—3 ab inf. الراضى — ابو العباس]. Aut ابو العباس aut الراضى perperam habere censeo. V. Adler II, p. 45 [v. p. 348].

— 5. 324. H.]. Est et in Museo Pflug. sed nota in ejus ex. scriptum esse اربع عشرين

— 6. 330 H. *Eine cufische S. Münze im Dresdner Cabinet*]. Hamdanid. المتقى لله Chalifa est; المنصور ejus filius [v. Rep. X, p. 229 seq. (Abu Mansur).]

Eichhorn, *Repertorium*, Th. XVIII.

p. 7. 330 H. *Eine cufische S. Münze aus dem Dresdner Cabinet.* الحسين] forte الحسن — بموصل]. Quidni بالموصل? [Krehl, p. 31—2].

— 8, l. antep. *den Beinamen* عادل]. Perperam.

— 10, l. 6. *Auf* N. 9.] cus. بشيراز f. a. 326). — l. 9. ab inf. 333 *oder* 334 H.]. Et τα وعلى آله et το فلسطين et المكتفى mihi suspecta sunt et male lecta a Sebischio videntur.

— 11, l. 4. 336. H.]. 336? Hallenberg, *Collectio*. No. XXVI.

— 12. 338 H. — *im Dresdner Cabinet*]. Est et in Hermitage et in Mus. Pflug. [Krehl, p. 23, No. 23].

— — l. 6 ab inf. 340. H.]. a 1004. Saadischer Scherife von Marocco etc.

— 13—14. 344. H. — im *Dresdner Cabinet*, — p. 14, l. 9. *Nuh der Sohn Nasr*]. At is et ipse jam a. 343 obierat. Vereor, ne Reiske in transscribendo numerali erraverit. Noti enim sunt simillimi numi Bocharenses aa. 341. 342. [Krehl, p. 24, No. 25].

— 14. 348 H.]. Fatimid.

— 15. 358 H.]. *Sonst zeichnet sie nichts aus*]. Adest عدل

— — l. 2. — ab inf. *Moëz Ledinallah*]. At hic jam a. 365 †. De hac ipsa caussà v. Reiske l. c.

— 19. 473. H.]. At vide sitne pro المقتدى بالله legendum المهدى بالله, primus scil. Chalifarum Fatimidicorum; v. Th. XVII, p. 278.

— 20, l. 16. رق . . .] كيخسرو — l. 17 بين . .] قلج ارسلان . Seldschukid. VII$^{mus.}$ — l. 8 ab inf. 503. H.]. Est a. 651. Atabek Lulu. — المستظهر] l. المستعصم

— 21, l. 11. نصر] l. بدر

Eichhorn, *Repertorium*, Th. XVIII.
p. 24, l. 9, ab inf.]…. السلطان سنجر مسعود الامير ابق .[سلجيوق شاه
[v. p. 228. In *Opp. post.* XVIII, p. 13 legimus سنجر
السلطان
مسعود
سنجر .
at XXIX ibid. (*Toghteginidae*) p. 2: السلطان
المسعود dubito an vere
articulus adfuerit.
— 26, l. 12 ab inf. *eine ähnliche Münze*]. Id mihi quidem non videtur esse.
— 31, l. 17. سنة خمسين]. (Toghrul ben Maudud). An non 556, ستّة pro ست و ?
— 32, l. 2. *Al-Faiez* — 562.]. De hac quidem re valde dubito. Fuitne fort. in numo المقتفى لامر الله
— 35, l. 5 ab inf.]. دضرب]. Puto نصير
— 40, l. 7. على] l. محى (Saladin, Aijubid.)
— 46, l. 11. بنى دوله] leg. محى دولة
— 47. l. 7. موسى] l. مسعود بن مودود
— 57, l. 9. سنة] l. ستّة
— 63, l. 7 ab inf. بمنسدير] l. بقنسرين
— 64. 617 *oder* 619.]. Haud dubie numus hic est Nasir-eddini Ortok-Arslan, principis Mardinensis; cf. ad a 623.
— 67, l. 5. *Al Camel*]. Adler, I, p. 67 [No. XLI]. Numus hic est Nasir-eddin Ortok-Arslani, principis Mardinensis [v. p. 229].
— 76, l. 13 ab inf. العظيم] الاعظم — تورز] l. تبريز — . . .] l. وثلاثين
— 78. *Vor* 736. H.]. Ist eine Münze des Schah Ismail I., des Stifters der Sefiden-Dynastie; [cf. adnot. ad *Repertor.* XI, p. 37 et Bullet. sc. II, p. 362,10].

Nunc vide sis etiam A. L. Poolii librum de numis Ortokidarum, in quo Reiskius et Eichhornius crebro citantur.

B). In margine libri August. Henric. Hansenii «*Recensio XLIII numorum Arabicorum* etc. *Dorpati Livonorum*. MDCCCXXXVIII» adscripta sunt haec:

p. 7. الشام] شام

— 9. *ineditique*]. Quid ita? non nisi sex vel septem sic praedicari possunt.

— 10. l. 8. *quatuor*]? Wenn die untere Seite dieses Zahlwortes wirklich so sich fortzieht, als es hier zu sein scheint, so dürfte es nicht اربع, sondern سبع oder تسع seyn. Wenn die Münze vom J. 167 wäre, so würde sie eins seyn mit Rec. Cl. II. No. 103. Vidi jam et didici esse h. d. تسع.

— — l. 21. *docti dubitant*] aut, quod verius, Erdmannus et Arrius soli dubitant (لا). [Arri (Jo. Ant.),—Novas observationes in quosdam numos Abbasidarum etc. digessit.... Augustae Taurinor. 1835. In margine catalogi bibliothecae Fraehnii legimus: «imo vero *Nova deliramenta*»].

— 11, l. — 2. *Muhammedia*]. Imo vero Rey est.

— 12. No. 5. *Mustain*]. Ist vielmehr eine Münze von Muhammed ben Tahir II., der 248 von Mustain bestätigt ward, oder von Tahir II. Sie war noch nicht edirt.

— No. 6. *nec moneta legitur*]. Der Prägort ist الشاش

— 13, l. 12 ab inf., *ejusdem Chalifae*]. Alle drei sind nicht Chalifen, sondern Samaniden-Münzen.

— l. 4 ab inf. No. 10. ولى الدولة]. Diess ist der so vielfach bisher missgedeutete Titel des *el-Kasim b. Obeid-ullah*, des Wesires des Chalifen Mutaszid u. Muntesir.

— 14]. No. 14. V. Tab. et p. 22, unde intelligitur, hunc numum non esse Nasri Samanidae, sed Chalifae Muktadiri ejusque filii Abu'l-Abbas, a. que hoc a 303 cusum; v. *Recens*. II, No. 319.

p. 15. No. 18—20.] Samanidici sunt. — l. 11. *Quod — dubium est*]. L. بلكاتكين — l. 21. *Abu'l Fathl*]. Est filius Raszii.
— 16. No. 26, l. antep. *Jahcamum*]. بجكم Bedschkem.
— 18, l. 9 *apud Fraehnium*]. Adeunda *Nova Snpplementa* [p. 41—42].
— 19, l. 5 ab inf. ...مكغ] h. d. leg. مظفر
— 20. No. 35.]. Num. rariss. et notabil. [Okeilid. Breviori in margine adnotationi substituimus largiorem ex Opp. post, msc. XXIII, p. 27 et Bullet. hist. phil. III, p. 246,11) depromtam]:

I. لا اله الا الله

الملك بها الدولة (Buweih. a. 379—403).

جناح الدولة ابو الحسن (puto hunc esse fratrem sequentis, de quo Ainy. جناح الدولة, Herr von Emessa a. 490. AR. 3:313. [Cf. *Nov. Supplem.* p. 65 et 260.]

حسام الدولة (ab a. 386 vel 387 usque ad † a. 391).

ابو حسان

M. بسم الله ضرب هذا الدرهم بمدينة نيص(بين) ? — — وثمنين وثلثمئة

لله

II. محمد رسول الله

صلى الله عليه وسلم

القادر بالله

سنان الدولة

ابو عثمن Hic quis sit ignoro.

[Cf. Soret, Lettre à M. Fraehn. St. Pétersb. 1851. p. 34 et Tiesenhausen, Die Geschichte d. Okailiden-Dynastie, p. III—V.].

— 21. No. 43, Nisabur] بنيسابور. Hoc praeferendum videtur.

IV. SUPPLEMENTUM INDICUM.

A.

Abdullah I. Mehdy (Fatimid.) xxvi; v. el-Mehdy.
Abik, v. Ibek.
Aboensis Universitas xxiii.
Abu Aly, (praenom. Rukn-eddaulae Buweih.) xxi.
Abu'l-Abbas, filius Muktediri xxiii. xxvii. xxx.
Abu'l-Faradsch (v. p. 325) xxi.
Abu'l-Faszl xxxi.
Abu'l-Feda, Annales (v. p. 325) xxi.
Abu'l-Feisz xi.
Abu'l-Hasan (praen. Emad-eddaulae Buweih.) xxi.
Abu Hassan xxxi.
Abu'l-Husein (Wesir) xxvi.
Abu'l-Mahasin ix. xxvii.
Abu Mansur xxvii.
Abu Nasr xxi. xxvi.
Abu Osman xxxi.
Adler (v. p. 326) vi. vii. viii. xi. xx. xxi. xxii. xxiii. xxiv. xxv. xxvii. xxix.
Afrikiae praefecti (p. 343) ix. Vid. Histoire de l'Afrique sous la dynastie des Aghlabides etc. Texte Arabe d'Ebn-Khaldoun — Par A. Noel des Vergers. Paris. 1841, et Histoire des Berbères etc. par Ibn-Khaldoun, traduit par le Bn. de Slane. Alger. 1852. T. I. p. 313 (En-Noweiri).
Aghlebidae xxi. xxiv. xxvi. xxxi. Cf. Fraehn in libro de Mus. Sprewitz. numis Kuficis, ubi p. 35—44 de numis Aghlebidicis agens errores Adleri, O. G. Tychsenii, Castiglionii, Marsdenii, al. correxit.

Agnethler xxvi.
Ahmed ben Aly vii.
Ahmed ben Ismaïl (Samanid.) xxvi.
Abu Nasr Ahmed ben Muhammed xxi. xxvi. Cf. Fraehn, Bullet. hist. phil. I, p. 12, No. 24.
Aibek xxii.
Aijubidae xxii. xxxiv.
Ainy xxxi.
Akerblad xii.
el-Amin (Emir — Chalif.) xxi. xxv.
el-Andalus xxiii.
Arigoni (v. p. 326) xxii.
Arri (v. ibid.) xxx.
Nur-eddin Arslan-Schah (Atabek Mosul.) xxii. Cf. W. H. Morley, The History of the Atabeks of Syria and Persia by — Mirkhond. London. MDCCCXLVIII, p. XXII.
Assemani (v. p. 327) vi. vii.
Aurivillius (v. ibid.) xxvi. xxvii.

B.

Balch xx. xxi.
Baratajev xiii.
Bartholomaei x. xiii.
Bedschkem (Emir) xxxi.
Beha-eddaula (Buweih.) xxxi.
el-Beladsory ix.
el-Bendschehlr x; v. s. P.
Berdesir viii.
Beresin xiii.
Bilkategin xxvii. xxxi.
Bischr ix.
Blau viii. xiv.
Bucharenses numi xxviii.

C.

Callenberg xii.
Casiri (v. p. 329) xx.
Castellus, Lex. 459.
Castiglioni (v. p. 329) vi. xx.
Chanykov xiii.
Chondemir xxi.
Chorasan xxi. xxvi.
Clewberg (v. p. 330) xxiii.
Codera y Zaidin (v. p. 330). Cf. Tiesenhausen in Bollet. Italiano degli studii orientali. 1876, No. 6, p. 116—8.
Conde xiii.

D.

Davud ben Jesid ix.
Dombay (v. p. 331) xxiii.
Dozy ix.
Dresden. Mus. (v. p. 331) xxiv. xxv. xxviii.
Dschafar Barmekid. xxv.
Dschenah-eddaula (Okeilid.) xxxi.

E.

Eibek, v. Aibek.
Eichhorn (v. p. 332) xx—xxix.
Elmacin (v. ibid.) xx. xxi.
Abu'l-Hasan Emad-eddaula (Buweih.) xxi.
Emessa xxxi.
Erdmann (v. p. 332) vi. xiii. xxx.

F.

Fabricius, Bibliographia antiquaria. Hamburgi et Lipsiae MDCCXVI. xxii.

Fatimidicus numus XXVIII.
Filistin XXVIII.
Flügel VIII.
Fraehn XLI. — Prolusio (cf. p. 333) XXVI. — Bibliotheca numism. XI. XXXV. 459.
Freytag, Selecta (v. p. 366) XX.

G.

Gagarin (princ.) XIII.
Geitlin XIII.
Grigorjev XIII.

H.

el-Habhab IX.
el-Melik el-Salih Hadschi (Mamluk Bahr.) 41, No. 174. 175. 177.
Haithon XII.
Hallenberg Collectio (v. p. 368) VI. VII. XXVIII.
Hamdanidae XXI. XXVII.
Hammer, Rumili 28.
Hammuja IX.
Hansen XIII. XXX.
Hantala IX.
Harsema IX. XXIII. XXV.
el-Haschimia. Cf. L. Poole, Collect. Guthrie. p. 22.
Hassan el-Numan 18.
Hermitage (v. p. 419) XXVIII.
Holm. (Mus. reg.) XXIII.
Hottinger (Jo. H.), Biblioth. quadripart. (v. p. 369) XXII.
Hulagu XXII.
Husam-eddaula (Okeilid.) XXXI.

I.

Ibek (Seldschuk.) XXIX.

Ibn Adhari IX.
Ibn el-Athir IX.
Ibn Chaldun IX.
Ibn Challikan XIII.
Isa ben Musa IX. 286.
Ishak (Samanid.) VII.
Ismaïl I. (Sefid.) XXII. XXIX. Cf. Fraehn, Bullet. sc. II, p. 364, No. 10).
Ismaïl ben Ahmed (Samanid. † 295) XX. XXVI.

J.

Jakut IX.
Jesid ben Hatim IX. XIX.
Juynboll IX.

K.

el-Kadir-billah (Chalif.) XXXI.
el-Kasim b. Obeidullah XXV.
Kasr es-Salam XXV.
Kehr (v. p. 371) XXIII. XXV.
Keichosrau ben Kilidsch Arslan (Seldschuk.) XXVIII.
Keikaus I. (Seldschuk.) VI.
Kerman XXI.
Kinnesrin XX. XXIX.
Krehl XXI. XXII. XXIV. XXV. XXVIII. XLI.
Kulthum IX.

L.

La Croze XXII.
Lagus XIV.
Lamta (v. p. 435); cf. Soret, Lettre à M. Sawelief. Bruxelles. 1854, p. 62, de Slane l. c. p. LXXXIX.
Lerch XIV.

Lichatschev XIII.
Bedr-eddin Lulu (Singid. Mosul.) XXVIII.

M.

Maden el-Badschines VI.
el-Makkary IX. XLI.
el-Mamun (Chalif.) XXI. XXIII. XXIX.
el-Mansur, fil. el-Muttaki Chalîfae XXVII.
Maroccanus numus XXIII.
Mars (planeta) XXI.
Marsden VI—VIII.
Masud ben Maudud (Atabek) XXIX.
el-Masudy IX.
el-Mausil XXXV.
Mecca XX.
el-Mehdy-billah (Fatimid.) XXVIII. V. Abdullah.
Meninski (v. p. 374) XXIV.
Mikal ben Dschafar XXVII. Cf. J. Friedländer u. L. Stern, in Zeitschr. d. D. m. G. XXX, p. 279,47).
Moeller VI. VII.
Morellius; cf. Repert. XVII, p. 211. XXII.
Nur-eddin Muhammed (Ortokid.) XXII; cf. Poole, Urtukis, p. 37.
Muhammed ben Tahir XXX.
Muiss-lidini'llah (Fatimid.) XXVIII.
el-Muktedir-billah (Chalif.) XXVI. XXVII. XXX.
el-Muktefi (المقتفى) liemri'llah (Chalif.) XXIX. XXXVI.
el-Muktefi (المكتفى, Chalif.) XXVI.
el-Muntasir (Chalif.) XXX.
Murr (v.) X. Cf. Repertor. XVIII, p. 221.
Emir Musa XXIV.
Musa ben Noseir IX.
Musa ben Suleiman el-Chorasany XX.

el-Mustain xxx.
el-Mustasim xxviii.
el-Mutamid x. } Chalifae.
el-Mutaszid xxx.
el-Muttaki-lillah xxvii.

N.

Nasir-eddin, v. Ortok Arslan.
Nasr ben Ahmed (Samanid.) xxvii.
Nisabur xxxi.
Noel des Vergers ix.
Novaberda vi.
Nuh ben Nasr (Samanid. † 343) xxviii.
el-Nuweiry ix.

O.

Obeida ben Abdi'l-Rahman ix.
Obeidullah vi.
Okba ben Nafi ix.
Okeilides xxxi.
Ornamentum xxvii.
Nasir-eddin Ortok Arslan 229. xxix.
Osmanidae viii.

P.

(el)-Pendschehir v.
Petis de la Croix, Hist. de Timurbec xx.
Pflug (Mus., v. p. 376) xxv. xxvii. xxviii.
St. L. Poole, Urtukis (v. p. 376) x. xxx.

R.

el-Raszi (Chalif.) xxiii. xxvii. xxxi.
Rauh xx.

Raverty XIII.
Reiske (v. p. 377) VII. VIII. XX—XXII. XXVIII.
Rey XXX.
Roger XXIII.
Rogers X.
Rukn-eddaula (Buweih.) XXI.

S.

Saadici Scherifi Maroccani numus XXVIII.
de Sacy (v. p. 377) XX. XXVII.
Sahl XXVII.
Saladin XXIX.
Sallar XXII.
Samanidae VI. IX. XXVI. XXI. XXVI. XXVII. XXVIII. XXX. XXXI. In volumine II. libri *Catalogue of Oriental coins of the British Museum* by St. L. Poole. Edited by Reginald Stuart Poole. *London.* 1876. recensentur numi aurei Samanidici et quidem Nasri II., Abdu'l-Meliki I., Mansuri I., et Nuhi II. Cf p. 448. Samanidae.
Sāmarkanda XXVII.
Saweljev XIII.
el-Schām XXX.
el-Schāsch XXX.
Schiepati VI.
Schiras XXVIII.
Schola Asiat. Petropol. XIV. XLI.
Sebisch XXVIII; cf. Repert. X, p. 235.
Serendsch XXI. XXV. XXX.
Sinan-eddaula (Okeilid.) XXXI.
Sindschar XXIX.
M. de Slane IX.
Soffaridae XXIII. XXVI. Cf. Fraehn, De Il-Chan. num. p. 72.
Soheir ben Keis IX.

Soret VIII. XVIII. 400. 401. 461—2.
Stockholm, v. Holm.

T.

Tabakat-i-Nasiri IX.
Tahir II. XXX.
Tahiridici numi VIII; cf. Fraehn, De Mus. Sprewitz num. Kuf. p. 53—85.
Tebris XXIX.
Thomas XIX.
Tiesenhausen VIII. XIII. XXXI. XLI.
Timurbec XX; v. Petis de la Croix.
Toghrul-Bek ben Atabek Maudud XXIX; cf. Recensio, p. 614, a 1. et Morley, l. c. p. XIX.
Toghteginidae XXIX.
Tornberg, (v. p. 384) IX. X. XX. XXVII. XXXII.
Tristan (v. p. 384), cf. Repertor. XVII, p. 209.
Tychsen (O. G. v. p. 385). Introductio XXIII. XXVII. Bützow. kritische Sammlungen etc.; cf. Repertor. XVII, p. 224.
Tychsen (Th. Ch., v. ibid.) XXI. Com. XXIV; de Defectibus XXI; de Origine XXIII; Arab. Hisp. XXIII.

V.

Volck XIV.

W.

Weljaminov-Sernov XIII. 458.

ا

الآرية XX.
اثنين , اثنتين; v. L. Poole, Collect. Guthrie. p. 24.

ب

بخ XXIV.
البيت XX.

د

الدينر XXIII. XXIV. XXX.
دينار مصرى XX.

ع

ع 428.

In numo Scholae Asiaticae (v. No. 141, p. 342) Fraehnius sub يزيد legerat ع (cf. Tiesenhausen, No. 1299). Puto id hebetationi oculorum deberi, nam in illo numo, quem denuo inspicere licuít, distincte cernitur ع
عدل XXVIII.
عدّة VI. Cf. Freytag, in Zeitschr. d. D. m. G. X, p. 400.
على l. غلب XXI. XXIV. XXVI. XXIX.

ف

فلس pl. فلوس; cf. Krehl, Ueber d. Religion d. vorislam. Araber, p. 19 seq.

ق

القدرة XXVI.

ل

لدريق (p. 397), v. Al-Makkari, ed. Dozy, Dugat, Krehl et Wright. Index لذريق
لله XXV.

م

محى الدولة XXI. XXII. XXIX.

المشرق IX. XXV.
المنتقم الخ 433.

ن

